



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 6. Insubres.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

- CVS } tenditur vt habet Seruius: Straboni trecentorum fe-  
 re stadiorum, hoc est 37. mil.  $\frac{1}{4}$  Phylargirus dat ei  
 circuitus centum viginti stadia, & amplius; sed de  
 eo iterum in recentiore. Posteriori quo dictus est  
 E V- } Comacinus. Et superior eius pars Antonino dicitur  
 SVMMVS lacus, cuius vestigia supersunt in vico *Sa-*  
 G A- } *molico*: hodie hæc pars dicitur *Lago di Chiauena*, ali-  
 ter *della Riva di Mezuola*.  
 NEO- } SEVINVS, seu SEBINVS, ab oppido Seuo, seu Sebo di-  
 ctus: hodie *Lago d'Isèo*.  
 RVM. } EDRINVS, seu EDRANVS, ab vrbe Edro: nunc *Idro*, vn-  
 de *Lago d'Idro* nuncupatur.  
 MONS } Brennus ex quo Mella Fl. effunditur: hodie *Monte*  
*Manina*.

NVM. 6. *Insubres*, nunc partie du Duché de Milan, le Cremas-  
 que, & partie du Cremonois.

VRBES IN SVBRIVM.

MEDIOLANVM: *Milan*, Italis *Milano*, Straboni & Ptol. Me-  
 diolanium, Procopio *Mediolana* in plur. dicta est fortè à  
 Mediolanio Eburonicum, *Eureux*: Alciatus putat sic di-  
 ctam urbem ab insignibus *Æduorum* qui *Suem*, & *Bituri-*  
*gum* qui *Veruecem* præferabant. *Leander* à voce Celticâ  
*Medel*, virgo, & *lant*, terra, quòd hîc *Pallas* coleretur: nam  
 fabula est quod de animali setigero, & lanigero narratur.  
 Apud *Polyb.* lib. 2. dicitur *μεγίστη*, & *πολυανθρωποταύτη τῶν*  
*Γαλαπκῶν*, & hanc *Gallos* vocare *μητρόπολιν*; *Procopij*  
 tempore habitabatur à *Liguribus*, & princeps erat urbium  
 Occidentis secundùm *Romam*. *Tacito* firmissimum mu-  
 nicipium dicitur, & in *inscript.* *Antonino Pio*, *Nouæ Athe-*  
*næ*: an quia hîc *Pallas* coleretur? huius templum postea  
 mutatum est in ædem *S. Teclæ*.

LAUS POMPEIA, sic dicta à *Pompeio Strabone* patre *Pom-*  
*peij Magni* qui *Coloniam* renouauit, & ei ius *Latij* dedit,  
 vt aiunt *Strabo* & *Asconius*: hodie est *Lo'eué*, vicus sic  
 dictus à *Longobardis* quasi *Laus Vetus*, quando *Loddi* ho-  
 diernum extructum est.

Forum Diuguntorum, aliàs *Iutuntorum*: *Crema*.

*Acer*.



Acerræ, seu Acherræ: *Gherra*, ad confluentias Adduæ, & Serrij, celebris vrbs in historiâ Ro. Polybio, & Straboni.

Pons Aureoli: hodie *Ponte San-Pietro*, aliis *Pontiruolo*; ab Aureolo dictus, quem vicit hîc Gallienus, Claudius postea ibidem interimit.

FLV- { Addua: *Adda*  
Vbartus: *Brembo* } de quibus suprâ.  
Humatia: *Serio*

VII { Frigidus, aliter Lamber, hodie *Lambre*; vnde fortè Lambrani milites nomen traxere.

NVM. 7. *Orobij*, partie du Duché de Milan autour de Come.

VRBES OROBIORVM.

BERGOMVM: *Bergamo*, à scriptoribus medijs æui Bergamum, Procopio Pergama in plurali, apud Paulum Diac. Pergamum, & Pergamus. Ei adiacens regio abundabat ære purissimo, ait Plinius; qui ex Catone notat Bergomates dictos esse à vrbe Berga, *etiam nomine prodente esse altiùs, quàm fortunatiùs sitos.*

COMVM: Κομων: *Como* ad lacum Larium, afflictum à Rhætis suprâ accolentibus, à Pompeio Strabone Magni patre reparatum, ait Strabo lib 5. quibus Cneus Scipio tria millia Colonorum adiecit; addidit Iulius Cæsar quinque millia, de quibus quingenti fuere Græci nobilissimi, tùmque incolæ dicti Neocomitæ, & Colonia Nouumcomum. Sed illi noui ciues malè affecti sunt initio belli ciuilib. Scriptores mediæ ætatis Sigebertus, & Regino urbem vocant Cumas, & incolas Cumanos.

FONS Plini, in loco vulgò etiamnum *Pliniano*; de hoc fonte plura in Admirandis dicemus.

FORVM LICINII, & corruptè apud Plinium Licini-forum: creditur hodie dici *Picue d'Incino*, Cluuerio est *Berlasina*.

LA- { LARIVS, de quo in Euganeis.  
EVPILIS, quem Lamber fluuius subit, nunc exaruit ex parte, & abiit in tres minores lacus, vt ait Paulus Iouius Comensis. De eo iterum in nouâ, nam in præsentia oblimatus in tres lacus minores conuersus videtur.

CVS